



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1204. Usque Ad Annum 1230

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1763**

**VD18 90118030**

§. 45. Decreta de Fide.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66406)

Sæcul. XIII. *meo clamore excitare valeam ad pugnam*  
A. C. 1215. *dum pro Domino, & ulciscendum inju-*  
*riam Crucifixi, propter peccata nostra*  
*ejecti de terra sua & habitatione sua,*  
*quam acquisivit sanguine suo, & ubi cum*  
*est Redemtionis nostræ Mystera explevit.*  
 Occasione Transitus spiritualis Pontifex  
 de Reformatione Ecclesiæ verba facit,  
 sed generatim, nullo vitio nominato, ita  
 ut nec utile nec dulce afferre videatur.  
 Sæpissime adhibet auctoritatem Sacra  
 Scripturæ, in sensu Allegorico, vel detor-  
 to acceptæ. Alio quoque tempore pu-  
 blice dixit Papa, ut conjicere est, sub si-  
 nem Concilii, estque oratio illa exhor-  
 tatio ad emendandos mores, & ejusdem  
 ac prius memorata, pretii.

§. XLV.

*Decreta de Fide.*

10. 11. Conc.  
p. 142.

Quæ authentica de Concilii Latera-  
 nensis Actis ad nos pervenerunt,  
 sunt ejus Decreta, Capitula septuaginta,  
 seu Canones complectentia, quos Con-  
 stitutio specialis de Expeditione pro re-  
 cuperanda Terra sancta sequitur. Om-  
 nia etiam in linguam Græcam in gra-  
 tiam Græcorum, Ecclesiæ Romanæ uni-  
 versorum, translata sunt. Capitulum pri-  
 mum est Fidei Catholicæ expositio, Hæ-  
 reticorum illius ævi, scilicet Albigensium  
 & Waldensium, erroribus opposita.



ta. Unde in ea dicitur; quod unicus Sæcul. XIII. A. C. 1215.  
 detur Deus, utriusque Creaturæ Condi-  
 tor, Spiritualium & Corporalium Prin-  
 cipium, & Auctor ipsorum Dæmonum,  
 quos cum creasset bonos, propria dein-  
 de culpa mali effecti essent. Ita duo ex-  
 cluduntur Principia. Ad auctoritatem  
 Veteri Testamento conciliandam, dici-  
 tur; quod idem & unus Deus Homini-  
 bus salutarem Doctrinam per Moysen  
 aliosque Prophetas tradiderit, & deinde  
 Filium suum ex sinu Virginis nasci vo-  
 luerit, ut nobis modo manifestiore viam  
 vitæ ostenderet.

Tum Concilium addit: *Una vero est  
 Fidelium universalis Ecclesia, extra  
 quam nullus omnino salvatur. In qua  
 idem ipse Sacerdos & Sacrificium JESUS  
 Christus. Cujus Corpus & Sanguis in  
 Sacramento Altaris veraciter continen-  
 tur, pane in Corpus, & vino in San-  
 guinem potestate divina transubstantia-  
 tis. Et hoc utique Sacramentum nemo  
 potest conficere, nisi Sacerdos, qui fuerit  
 rite ordinatus, secundum claves Ecclesiæ,  
 quas ipse concessit Apostolis & eorum Suc-  
 cessoribus JESUS Christus.*

Vocem, *Transubstantiatio*, in hoc  
 Canone consecratam, exinde semper  
 Theologi Catholici adhibuerunt, ad si-  
 gnificandam mutationem, quam Deus  
 in Sacramento Eucharistiæ operatur, si-  
 cut



Sæcul. XIII.  
A. C. 1215.

Sup. Lib.  
LXI. §. 22.

Sup. Lib.  
LXII. §. 18.

cut etiam vocem, *Consubstantialis*, in Concilio Niceno consecratam, ad Mysterium Trinitatis explanandum. At vero, bene notaveris, Lector, Ecclesiam omni tempore substantiæ mutationem credidisse. Quæ res ultimo loco in Scriptis Lanfranci & Guimundi contra Berengarium diserte asseritur.

Amplius in Concilio Lateranensi legimus: *Sacramentum Baptismi, ad invocationem individua Trinitatis a quocunque in forma Ecclesiæ collatum, tam infantibus quam adultis ad salutem proficit. Si post susceptum Baptismum quisquam prolapsus fuerit in peccatum, per veram penitentiam semper potest reparari. Non solum Virgines & Continentes, verum etiam conjugati, per eandem & bona Opera, Deo placentes, æternam Beatitudinem merentur pervenire. Hæc omnia adversus Albigenium corruptam doctrinam directa agnoscuntur.*

§. XLVI.

*Error Joachimi Abbatis.*

c. 2.  
Lib. I. dist.  
5. 3.

In Capitulo secundo. *Damnamus Trebatum, quem Abbas Joachim contra Magistrum Petrum Lombardum edidit, de Unitate seu Essentia Trinitatis, appellans ipsum Hæreticum & insanum, quod dixerit in suis sententiis, quamvis*